dunt, quantum curſum subterranei aëris attinet, ſpeciatim quando ejus effluxus é puteis non dependet â mutationibus ventorum ſuper terram ſpirantium: Ac curioſos etiam in aliis regionibus ſimilem ſuscipere laborem optarem.

Nam ſane id de quo hactenus in tractatu iſto diſſerui, accommodatum tantum eſt ad tenues quorundam informationes, quas accepi hactenus ac propterea ulteriori informatione, ſi haberi illa poteſt, vel corrigi vel confirmari debet. Interim probabiliter ſatis ê Diſſertatione priori colligere me poſſe exiſtimo, quod quanquam quibusdam fodinis tres ſubterraneæ Regiones, earumque diſtincta attributa, non inconvenienter adſcribi poſſint; generatim tamen de toto terreſtris globi corpore (in quantum cognitum habemus) loquendo, & limites & temperamen-

men-